

M I M

1 6 4 8

~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensis

34.  
EPITHALAMION ANA-  
GRAMMATICUM

*Unà cum,*

ODE GERMANICA ET  
GALLICA

HONORI NUPTIARUM  
CLARISSIMI ac CONSULTISSIMI  
VIRI

DN. BALTHASARIS FÜNSTERI

J. U. D. SPONSI;

ac

HONESTISSIMÆ MULTISq; VIRTU-  
*tibus Politissimæ Virginis*

URSULÆ-ELISABETÆ,

Amplissimi, Clarissimi ac Excellentissimi

VIRI

DN. MATTHÆI COLDEBACII

J. U. D. & in inclutâ Academiâ Viadrinâ Profes-  
soris Codicis P. Facultatis Juridicæ Senioris  
ac p. t. DECANI Specta-  
bilis

FILIÆ

SPONSÆ

CONSECRATUM à

JOHANNE Held Rintel. W.

J. U. L.

*Francofurti ad Viadrum*

Literis MICHAELIS KOCHII, 1633.

# DIALOGUS ANAGRAM- MATICUS

in nomen Sponsæ  
Personæ colloquentes.

*Peregrinus.*    *Vicinus.*    *Sponsa.*    *Sponsus.*  
Per.                    Vic.                    Urf.                    Fin.

Per:



*V*æteda Vicine sient, qua Sponsa, recenset.

Vic. URSULA ELISABETA,

Filia COLDBACI, pietate micans, huic una  
ARA ET BULLA JESUS.

Novit in arumnis quod confugientibus adsit  
JESUS UT BELLA ARA,

*Si nigra peccatis, est quæ se rursus adornet*

JESUS ATRÆ BULLA

*Elucens; Novit quævis quod crimina possit*

JESU LATUS ALBARE,

*Abluat, ut nive sint magè candida: Protinus extat,*

JESUS ABLUTÆ LAR:

*Hunc ea continuo veneratur, Pronus hic illi*

AT BELIAL AVERSUS.

*Stirps bona: Sat notus pater est, fieri omnibus equè*

JUS AVET, BELLA ARS:

*MATTHIAS CHEMNITZ, Juris qui Doctor in arte*

BELLA IS AVUS ERAT,

*Præter adoptivum, Themidos qui mysa, CUNONEM,*

IS AVUS ALTER ABEL,

*Consul, CHEMNITIUS JOACHIMUS nomine, amavit*

ILLE ABAVUS ARTES.

*Formam si spectes, est Sponso candida Sponsa,*

EST EI ALBA VRSULA,

*Sæmodò sic ruditer satis est describere formam,*

SI ALLUSE, EBURATA,

*Excelsptum*

*Excelsptum Veneris velut esset imagine marmor,*  
VEL VIS ALABASTER,  
*Ars inibi nisi quod sit mortua, verum in Elisâ*  
BELLA VIVA ARS EST  
*Quasi Rebecca, Rachel, Thamar, Esther, Judith, Abisag,*  
SIVE UT SARA BELLA,  
*Abigail ratione, laboribus est ea Martha,*  
ET VISU BELLA SARA,  
*Sermo, qui mentis typus, est sic comptus, ut illi*  
LAUS ALTA E VERBIS  
*Surgat, tam callet proferre seniliter atque*  
LAUTE VERBA SALIS,  
*Virginibus vaga mens est ac alata, sed ista*  
VERBIS VELAT ALAS,  
*Seria sive velis, seu ludicra, promere mirè*  
VERBA SALIS VALET,  
*Audeat, hanc audeat, simul audiat, ecquis habere*  
VERBA SALSA VELIT;  
*Cauta sat est, remanere suis ea ut undiq; possit*  
VERBIS LATE SALVA,  
*Insultat nulli sannis, sunt illius atqui*  
VERBA TELIS SALVA,  
*Est, inter notas si conversatur amicas*  
LÆTA VERBIS, LAUS,  
*Non sic ignotos inter, Tunc illa refertis*  
SALE VERBIS LAUTA:  
*Frivola cum quisquam proferret, nonq; decora*  
URSULA EA SILEBAT.  
*Est taciturna simul, credas arcana, manebunt*  
VERBA SALVA, SILET.  
*Rara silens mulier. Nunquam res illa tacendas*  
SALVAS REVELABIT.  
*Annis est juvenis, sat florida, jam modo cœpit*  
ÆTAS SUA BULLIRE,

*Hic vigor annorum, ut larvis puerilibus illi*  
 LASSÆ VIR LUBEAT.  
*Hac illi decus est atas, multis solet esse*  
 BELLA ÆTAS VIRUS.  
*Divitias spectas, Didus huic nomen & omen,*  
 ELISA REBUS LAUTA.  
*Patria merce togâ pollens Franfordia: Martis*  
 VI URBS LATE' LÆSA.  
**Per.** *Sed cur hanc Ursam vocitant? Vic. Est nomine talis*  
 AT RE SVAVIS BELLA  
*Ursa nec hac dicta est. Num scis quod nomen eidem*  
 ALBÆ URSULA SIET?  
**Per.** *Vanus es: Infanti fuit Ursula nomen, adulta*  
 BELLA URSA EVASIT.  
*Interea scio quod Sponse non bellua nubit*  
 AT EJUS URSA BELLA,  
**Vic.** *Dum vis, Ursa siet, Ratio sit nominis ista*  
 A BELLA VI URSA EST:  
*Finsterum nôsti jam contra hunc Ursula dudum*  
 VI BELLEAT, RES AUSA:  
*Infilat hunc audax, hunc contra cœpit aperto*  
 AUSU ISTA BELLARE  
*Ignea tela in eum vibrat, cor sauciat, urit,*  
 AT VIS SUA RE BELLA  
*Non ut bombardis miles, mucronibus, hastis*  
 EA VISU BELLAT, ARS.  
*Tela vibrans oculis, mirum quantum siet illa*  
 ARTE BELLA SVAVIS  
**Per.** *Bella ea bella scio, bellet sic bella Isabella*  
 BELLA SUA RE JUSTA  
*Sic pergat sic tela vibret, sic bellet & urat*  
 VI SUA BELLA SERAT.  
**Vic.** *Dicitur Ursa simul (quod sidus) namq; videretur*  
 STELLA AB RE SVAVI

Dans

- Dum splendet, vibrat, micat, urit, non ea dicta*  
 ABS RE VIVA STELLA  
*Maxima vis oculis, ha, stella, bis urit, adornans*  
 E SUA STELLA JUBAR.
- Per: *Cur dicta Elisabetta?* Vic. *Quod est ut Elisa beata,*  
 ALBÆ SALUS VIRET,  
*Aureus huic bella tradetur namq, maritus*  
 SAT AUREUS ILLE AB  
*Arte sua Juris, que verè est aurea, Doctor;*  
 AB ILLA AUREUS EST.
- Per: *Ergò Doctoris conjux in pace quæta*  
 SUB LAUREA SILEAT  
*Ardor me incendit dictisq, cupido videndi,*  
 UBI EA URSA STELLA?
- Vic. *Quid? Dictis ardens visum appedis? Aufuge, namq,*  
 URSA VI BELLAT, EAS.  
*Hinc procul ergò: Ipsum quin nosti, quomodo Sponsum*  
 BELLA SUA URIT, EAS,
- Per: *Nil moror, inspicere hanc lubet, ac audire loquentem*  
 Vic: VIS VERBA A STELLA?  
*Ergo veni. Venus o dulcis, que quasi corusca*  
 STELLA VIBRAS, AVE.  
*Cui faciem natura dedit præstanter amœnam,*  
 AVE SAT BELLA RISU.
- Urf. *Gratia magna tibi sit,* Vic. *Me cur impetis? in me*  
 TELA LEVAS, VIBRAS?  
*Quid pecco miser aut peccavi? Nil, nisi dico,*  
 SALVE: TELA VIBRAS  
*Hinc cor in insontis flammata? Cupidinis anne*  
 RITU SÆVA BELLAS?  
*Siccine visentes tractas, hos contra se vero*  
 AUSU IRATE BELLAS?  
*Quo Sponsam aggressa es, contra me numquid eodem*  
 AUSU BELLA ITERAS?

*Victe Te Sponso bella ejurasse putavi,*

ASTU BELLA EJURAS.

*Ignei ocellorum radii dant vulnera cordi,*

ALISTERA VI BELLAS.

*Ferrea ferre aciem tantam quog, corda nequirent*

VÆ, SAT URIS BELLA.

*Ne sic accendas insontem, Menè necare*

STELLA JUBAR AVES?

*Haudes, cum totus bellis fiet obrutus orbis*

SÆVA BELLI SATUR?

*Urf. Quid garris? Vic. Jocer ignoscas. Equidem URSULA bellas,*

AT SVAVI RE BELLAS,

*Opponis Sponsi tua bella labella labellis*

VI EA BELLA STRUIAS,

*Affultes illi, des basia: Non aliorum*

BASIA ULLA VERTES:

*Non requiem linguas, ad dulcia prahia cogas,*

VI TUA BELLA SERAS.

*Qua possit non est aliàs accendere Sponsum,*

AT BELLA ES, VI URAS,

*Inflammas, oculis emittas flamma tela*

EAS, URAS UTI BELLA,

*Retia blanda struas stricto ut capiat amorè,*

EAS TU BELLA A RISU.

*Hac tua vis, hac bella Tibi, non pradita sevà*

AT BELLA VI URSA ES.

*Sic bellas; Ignosce joci quapropter amicis,*

URSULA ES AT A BILE

*Urse sat procul es, rixis bellisq, inimica,*

URSULA A LITE ABES.

*Non pugnas pugnis, gladiis, non pulvere, sclopis,*

ARTE BELLAS, VIVAS.

*Hoc bellum verè bellum, dolor absq, dolore*

ARTE SVAVI BELLAS

*Ut du-*

*Uo dubitem miranda magisne Cupidinis te yoc*  
SIVE ARS TVA BELLA,

*Artibus bis felix utaris, blandula vivas,*  
BELLA ASTU VIREAS,

*Alter Amor felix vive, O Venus altera vive,*  
VIVE ARS SAT BELLA.

*Sed te sat virgo remoror, placet ire, simulq;*  
SALUTARE, VALEBIS

*Prosperè & ignoscas nostris sermonibus. Annon*  
RESALUTABIS? Vt, VALÈ,

*Vic. Frigida quàm grates agis! iratam placet ergo*  
BIS SALUTARE, VALE.

*Vive diu: Nisi jam cordi quadam insidet ira*  
BIS RESALUTA. Vt, VALE

*Vive diuq;: Simul nostris ignoscito verbis.*  
Vic. TER SALVA VALEBIS.

*Jam mihi iudicium de visâ dicitò Sponsâ*  
VERA BULLA EST: AIS?

*Pet. Sic est; iudicium si verbo dicere coner,*  
ERAT SVAVIS BELLA.

*Quæ mihi dixisti, vidi, quàm blandula virgo,*  
BELLA SERVA, UT AIS.

*A te facta fuit quoties modò mentio Sponsi*  
BELLA SVAVE ARSIT:

*Vim mihi quam dixti bella quod inesset ocellis*  
VIS SUA BELLA ERAT.

*Vic. Pulchra polita pudens obvenit virgo marito*  
EIUS BELLA UT SARA,

*Hanc non immeritò Sponsus colit, URSULA jure*  
EST EIUS BULLA, ARA.

*Uxor enim dulcis bulla est pretiosa marito,*  
EA A RISU BULLA EST.

*Exhilarans risu, cùm torquet cura, maritum,*  
BELLA VISU ARA EST:

*Debiles*

*Debile seu corpus, seu sit mens anxia curis*  
*BELLA VISA SERVAT,*  
*Hunc agrum si nulla potest Medicina levare*  
*EA SALUBRIS LEVAT.*  
*Tantus in hanc amor est: Vel morti proximus iste*  
*SALVUS ERIT E ALBA.*  
*Est igitur Sponso vel solo Virgo salubri*  
*USU ILLA RES BEATA*  
*Ut summo Sponsus dicatur jure beatus*  
*USUS ILLA RE BEATA.*  
**Per.** *Nunc Sponsum monstres, dixissem penè maritum:*  
*Vic. A SUA BELLA VIR EST.*  
*Ecce Virum, spectes quæso quàm pallet amore,*  
*AVE VIR ABS STELLA.*  
**Fin.** *Quæ stellâ? Vic. Quæris, qua te vibrando flagranter*  
*AUREA BELLA USSIT,*  
*Cujus amans ardes flagrasq; cupidine, quæq;*  
*BELLA VIR ÆSTUAS.*  
*Erras si flammæ credas aliunde profectas*  
*VERA VIS AB STELLA,*  
*Hinc tibi tot flammæ, suspiria, vulnera, cura,*  
*AB EA STELLA VIRUS;*  
*Hanc stellam venerare, tibi sit numinis instar*  
*SUB EA STELLA JURA.*  
*Quæ læsit, poterit tibi rursus ferre lævamen*  
*URSULA LAESIT, BEA*  
*Hanc supplex Veneris cultu, sic flexa vicissim*  
*URSULA-ELISA BEAT.*  
*Subjice Te jussis, humilis quasi servulus esses*  
*SUB AUREA STELLA, I,*  
*Et variis veluti gemmis, virtutibus isti*  
*BULLATAE SERVIAS.*  
*Perfer & obdura paulisper: Es hæcenus impos*  
*TU A LIBERA LAESUS,*

Sed

*Sed rota vertetur, dudum que libera jussit*  
BREVI EST VASALLA.  
*Tunc jussis, FÜNSTERE, Tuis subjecta vicissim,*  
AUREA ILLA SUBEST  
*Conjugis illa jugum decet ut tunc subdita, tanquam*  
SERVA ILLA SUBBEAT.  
*O quam magnus eris tantà tunc Sponse ministrà!*  
BEATUS ILLA SERVA  
*Hac ornamento tibi erit ceu gemma coruscans*  
EA BULLA SAT VIRES  
*Quin ergò gaudes? Quin curas abjicis? Excors*  
URSAE BELLA VITAS?  
*Non ea bellatrix, non est ea sava, marita*  
TUA BELLIS AVERSA,  
*Non dolor hic dolor est; Simulante vulnerat illa,*  
ALIAS RE SUBLEVAT:  
*Infelix oculis quibus inflammâris, iisdem*  
BEATUS ALLEVARIS  
*Hac tibi solamen, requies, recreatio cura*  
EA ALBA LUSUS ERIT  
*Hic deerit tibi nil, est possis unde levari*  
RES LAUTA, VALEBIS.  
*Corporis illa tibi cunctos animiq; dolores*  
LEVABIT, SALVA RES:  
*Ad bellam, quoties es tristis, confuge, fies*  
EA SALUBRI LÆTUS,  
*Mille modi, mille huic sunt artes, est recreando*  
ISABELLA VERSUTA  
*Hujus blanditiis tristis recreaberis, hujus*  
ASTU ALLEVABERIS.  
*Ecquid adis Sponsam? Comitior, recreabitur ista,*  
VERBIS A TE ALLUSA,  
*En isthanc bilarem, Te visò, namq; videtur*  
SUBLÆTARI. Fia. SALVE,

B

Unica

*Unica tristitia recreatio, stella corusca*

RE LAUTA, BIS SALVE.

*Aufugis Ursa? Taces? Quin si me concupis agrum*

VALERE, SALUTABIS.

*Haud irata sies, ardenti sed mihi flammam*

SUBIRATA ALLEVES.

**Vic.** *Siccine Sponsa fugis? Qua te dementia capit?*

URSULA ELATE' ABIS?

*Et latebras quaris? Sunt baccine munera Sponsa?*

URSULA LATES? I BEA

*Hunc miserum tua qui tristes solatia queris*

VERBIS ALE, SALVTA

*Gratulare adventum visenti, comiter illum*

SALUTA, RELEVABIS

*Hoc mæstum pacto, tua sunt hac debita Sponsa,*

TUA RES, ALLEVABIS

**Urs.** *Gratulor adventum, Fin. Sed cur fuga capta? nec agrum*

ALLEVAS A RETIBUS?

*Cur mihi succenses qui sum irretitus amore?*

AVELLAS A RETIBUS

*Me potius: misero seu vitæ protinus anram*

SUBIRATA AVELLES?

*Me tibi subicio, modo manda, præcipe, dicta,*

ALTERA SALUS JUBE.

*Iussa mihi Tua semper erunt oracula quasi,*

JUSSA TUA RE BELLA

*Ergo me qui se subiectum jure fatetur*

TU ISABELLA SERVA.

*Quin potius refragos debellas, quin in eosdem*

ELUSA TELA VIBRAS?

**Vic:** *Ursula, tunc taces? quin blanda, doloribus agrum*

SUBLEVAS A TALI RE,

*Confugit ab ad Te, contra nihilominus illum*

TU EJUS ARA BELLAS?

*Se tibi*

*Se tibi subjectum proficetur, debita solvet,*  
 ERIT VASALLVS. BEA  
*Ergo virum, supplex qui blandula verba precatur*  
 VERBIS SAT ALLEVA,  
*Hac tibi non opus est conquirere pbarmaca causâ*  
 AT VERBIS ALLEVAS,  
*Adjungas risum, plenum mœroris amœno*  
 VISU ALBA ALTERES,  
*In risu vis magna tuo, Tu semper amantem,*  
 BAETULA RISU ALES.  
*Basia nec desint, nec saltem bisvè semetvè*  
 ULTRA BASIES, LEVA  
*Mæstum, Tuq; pari par Sponse, referre memento*  
 LUSU RELATE BASIA?  
 Vrf. *Pareo Sponse Tibi, sed que mibi crimina dixti?*  
 LISSI TE AURA BELLA?  
*Tene odi? Nunquam. Te non irata refugi*  
 AST ALBA VER A LUSI,  
*Duritie si quâ te læsi, mitto; rigorem*  
 ABSTÛLI, REVALEAS.  
 Fin. *Quanta Tuis virtus verbis? mibi vel morienti*  
 VITA ES BELLA VRSA.  
*Verbo nunc ager sanor, nunc allevor, exit*  
 BELLA VIS A TE URSA,  
*Exbilaras facie me mæstum dulcis amantâ*  
 ET ALBA RISU LEVAS,  
*A gemitu, curis, aut queis ego percitus ultrâ,*  
 A REBUS ALLEVASTI,  
 Vic. *Sapè mibi tales sint hora talis abundè*  
 VIRTUS A BELLA EAS.  
*Sic est, qui modò languebas, te sentio rursus*  
 SUBLÆTARI; VALES:  
*Quàm contemplaris bellam, tibi blandula summe*  
 EA URSA LIBET, LAUS.

*Sic pergas, ac crescat amor, magis illa magisq̄*  
 URSA - ELISA LUBEAT.  
*Ursula se tibi jam promtissima suaviter offert,*  
 VRSULA EA SE LIBAT.  
*O quam magna tuis vis, Ursula blandula, verbis!*  
 RE SVAVI SAT BELLA  
*In lepidis vis quanta tuis consistit ocellis!*  
 A VISU BELLA TERSA.  
*Uxor prompta viro bulla est & refraga poena*  
 AT BULLA ES, VIREAS,  
*Es pia, pulchra, pudens, prudens, proba, provida, prompta*  
 JUSTA A RE BULLA ES.  
*Forma mihi laudata fuit non visa, sed ultra*  
 VISA TU BELLA ERAS,  
*Tu mihi visa semel mox displicuisse nequibas*  
 AT ERAS BELLA VISU.  
*Quam suavis vultus, facies quam candida mirè!*  
 UTI ALBA RE ES? LAUS  
*Candida cum niteas, ad formam corporis ergo*  
 ALLUSI, EBURATA ES,  
*Candida tota nites nisi quod formosa capillis*  
 ELISA LAUTA RUBES.  
*Aureus hic color est, fulvae propriusq̄, leaenae,*  
 A LEA SVBRVILA ES,  
*Mutuus inde tibi color hic, quin proximus ergo*  
 ALBA LEA ES, VIRTVS  
*Aequa tibi, nam ceu gemmis virtutibus alveis*  
 BULLATA ES, VIREAS  
*Ergo beata, tuis succedant omnia votis*  
 RE SAT BELLA VIVAS,  
*Nec queat infestare torum crudelis Erynnis,*  
 AT VIVAS RES BELLA  
*Prosperè, & in summo concors ardore mariti*  
 TERSA BELLA VIVAS;

*Illa tua forma velut usurarius auri*  
 BELLÆ SIT AVARUS,  
*Ursula gemma tuo quasi sis pretiosa marito*  
 SIS UT AUREA BELLA,  
*Te colat ac habeat summo te semper honore*  
 ET SIS AUREA BULLA,  
*Deliciaꝝ Viri, sicut tibi bella vicissim*  
 IS EST AUREA BULLA.  
*Quem summo observes cultu. Sic invicem uterqꝫ*  
 ESTIS AUREA BULLA.  
*Jo nunc exulta, gaude, nunc Sponse, triumphā*  
 LAUREA BIS LÆTUS.  
*Doctor es, & Sponsus. Doctori est mitra, marito*  
 LAURUS ELISABETHA.  
*Ergo laticiam duplicem bis tempora cinctus,*  
 BIS LAUREATUS ALE.  
*Ursula participas duplicem quoqꝫ dulcis honorem*  
 LAURU BIS LAETA ES  
*Jo, bis, jo, duplici duplicem plausu ergo coronam*  
 BIS LAUREATA LUES.  
*Tu ne taces? Annon plaudis? Num leta triumphas*  
 LAURU BEATA SILESI  
*Conjugij meditaris onus? Quoties cruce pressa*  
 EJULAS, SUB LATERA  
*Confugias Christe, certo confisa sub alumnū*  
 JESU LATUS LABARE,  
*Tu ne cede malis sed contra spesqꝫ fideqꝫ*  
 VELIFARE, SUB ALAS  
*Christe te retrahens, semper ceu filia JESU*  
 VERÆ SUB ALIS LATE:  
*Quin potius, tua cum videris succedere vota*  
 BEATE, URSULA SALI:  
*Lingue tuos falix, gemitus, suspiria, curas,*  
 BREVI VALES SALTA.

*Nacta virum poteris cunctas huc condere curas,*  
 RE SUBLEVATA SALI.  
*Bella, quod exoptant alia, mox accipis, Ursa,*  
 BREVI LATES SALVA,  
*Res tibi, quod spes est aliis: Torturâ ab amoris*  
 TU ES LIBERA SALVA,  
*Adversis percussa, Viri solamine dulci*  
 SUBLEVATA ALERIS,  
*Tristitiam procul is pellet, dulcedine sponsi*  
 SUBLEVARIS LETA,  
*Morosos alia queruntur sæpè maritos*  
 VRSULA BEATA SILE  
*Hujus mæsta jocos, ô felix & amoribus, Hujus*  
 LUSU BEATA ALERIS.  
*Dulcis is est, lectum quo mox ingressa jugalem,*  
 LUSU LÆTA BEARIS,  
*Non est illicitus; non est is contra decorum,*  
 A TALI LUSU RE ABES.  
*Nunc iterum nunc fugis? Quò nunc te proripis Ursa?*  
 ABIS? LÆTARE LUSU.  
*Intra Virgo torum, Nimum deponere pudorem*  
 LÆTARE A LUSIBUS.  
*Jamq; jugum properans ac lata bunda jocale,*  
 AUREA STELLA SUBI,  
*Libera sat dudum, nunc capta cupidine Sponsi*  
 RETE VASALLA SUBI.  
*Sponse tuae bella quog; captus amore, sub ejus*  
 RETE VASALLUS ABI,  
*Non tuus, alterius nunc es modò Sponse, vasallus*  
 ALBÆ ES, VIS ULTRA?  
*Rete satis suave est, quo captus es, Oscula blanda,*  
 LABIA RETE, SALVUS  
*Utere serpitio, genibus dominamq; procumbens*  
 RITE VASALLUS BEA,

Inde.

*Indestitutam cape taliter, Est ita tecum*

ELISABETHA LUSURA.

*Ludite felices ferat hac quasi florida vitis*

ITA RE BELLAS UVAS,

*Fertilis illa fiet vitis. DEUS arceat almus*

A VITE BELLA VRSAS

*Proferat ut lepidas uvas dulcesq; quotannis*

ISTA UVA BELLA RES.

*Sed sileo; Haud labor est Anagrammata fundere, parvus,*

AST ARS VIVE BELLA

*Cujus hic ingenii, Res multa, grammata pauca*

A LVSV LIBET EA ARS

*Adstricto ignoscas Lector, male congrua si qua*

SVB EA ARTE ALLVSI.

In Momum.

**S**alvare convitiis aliorum linqere scripta

TU ASELLE ABJURAS?

*Parvi pendo tuos latratus Mome caninos,*

BELIA ES, VI LATERAS.

*Hac mea cum nequeas imitari, Zoile, contra*

ULLULAS, A RE BESTIA?

*Carpere, quod factu facile est, quoscunq; labores*

VALES VI BLATERAS.

*Aut imitare, meis vel da meliora, quod artis,*

ASELLE, UBI TUA ARS?

A L I U D.

**I**nster/ Ach wie lieblich thustu alles erquicken/  
Was nur des Tages Licht mit mühe hart thut drücken/  
Ach ein' erwünschtee Zeit/ so da zur Ruh bestimpt/  
So beynd Menschen und Vieh all' ihre Last abnimpt;  
Die Bacchus bey dem Tag beraubet hat der Sinnen/  
Den hilfft die finstere Nacht durch Ruh sie wieder gewinnen;  
Ein Kauffman/ so bey Tag sich nicht wegen Gefahr  
Mit seim Gut wagen darff/ der nimpt des Finstern wahr;  
Im

Im finstern die Music viel lieblicher erschallet/  
 Als bey dem hellen Tag/ da alles saust vnnnd knallet.  
 Im Krieg die finstre Nacht manchem den Kopff erbelle/  
 Seine Anschläge Mars dann best zu Werck e stelle.  
 Venus sich dann im Streit am kühnsten ysteg zu üben;  
 Jungfraw Braut/ ihr habt recht/ dab ihr ihut Finster lieben:  
 Fahrt nur so fort/ Lasset euch deß Finstern nie gerewn/  
 So offte es finster wird/ wird Finster euch erfrewn.

S O N N E T.

**O**Vidius décrit, comme entre les trois belles  
 Junon, Venus, Pallas, pour le prix de beaulté  
 Eris la pomme avoit jetté par cruaulté,  
 A fin d' en esmouvoir jalousie entre icelles.  
 Paris qui fust esleu lors juge des Deesles  
 Apres les avoir bien regardé par douceur  
 Tant la pomme à la fin, que de beaulté l' honneur  
 A Venus conceda, gaigné de ses caresles  
 Alors, si vous eussiez esté, Ma damoiselle  
 Entremeslée ausli de ceste troupe belle,  
 Touchant beaulté Junon trop June y eust esté,  
 Ettrop vaine Venus, ausli Pallas trop palle;  
 Lors pour vos graces, pour vostre mineroyale  
 A vous la pomme d' or Paris eust présenté.

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclā in Raciburo.  
cum gradum Magistrū nancisceret Decano  
M. Thoduro Eberta 17 Calend. Maij  
A. 1624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quō Deus Autor,  
Quō te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Neminis atbetici, fortiter expedies.

Ambuet etantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator calicus ille, tuam.

Seminiū Disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille suprag ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** verā pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quōs sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumbā revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiā rursūm te pascam & nectares quare

Magna cape astrati pramia, carpe, pōli.


Hoc penitis animi penetrabilibus coto, precordj

**JANE** mihi multo n nomine ebare! **VACE.**

ULB Halle  
002 062 674

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

LAMION ANA-  
 MMATICUM  
*Und cum*  
 ERMANICA ET  
 GALLICA  
 ORI NUPTIARUM  
 II ac CONSULTISSIMI  
 VIRI  
 ASARIS FÜNSTERI  
 .D. SPONSI;  
 ac  
 IMÆ MULTISq; VIRTU-  
*Politissime Virginis*  
 E-ELISABETÆ,  
 rarissimi ac Excellentissimi  
 VIRI  
 HÆI COLDEBACII  
 ità Academiâ Viadrinâ Profes-  
 Facultatis Juridicæ Senioris  
 , DECANI Specta-  
 bilis  
 FILIÆ  
 SPONSÆ  
 NSECRATUM à  
 NE Held Rintel. W.  
 J. U. L.  
*ofurti ad Viadrum*  
 HAELIS KOCHII, 1633.